

JOVA JUV A!

Duximus in animum, nonnulla jam
agere de eo Elemento ex quo reli-
qua omnia surrexisse Thales cre-
didit. Quamquam autem de eo, ut
et de ceteris Elementis, magna et intricata sit
difficultas, nos tamen ista à sui consideratione
minimè avocabit, quia non multa de humili-
mis, sed pauca de maximis nosse prodest. Cum
verò absq; Dei Numine nihil sit in homine, igi-
tur idem, ut suæ gratiæ Favonio sereno nos af-
flare velit, submisse veneramur, ut omnia, quæ
dicturi sumus, in sui Nominis gloriam et no-
strum emolumentum cedant. His, ita præmis-
sis, nos ad subsequētia accingimus, quorum
sit

THEMA. I.

Aqua est Elementum inferius, frigidis-
simum, humidum moderatè, & grave.

§. I. Antequam ad hujus Definitionis resolutionem ve-
niamus, singulaque membra ordine consideremus, prius de ipso
definito solliciti erimus, investigaturi ejus

A 2

(I.) Ety-